clita: tuis p̄cib⁹ nos xp̄o cōmēda. Ad te clamam⁹ in anguſtijs cōſtituti. Ad te ſuſpiram⁹ auxiliū q̄rētes. Eya ergo v̄go electa: tuū letū oculoꝝ aſpectum ad nos inclina. Et ihm crucifixū. qui tollit mūdi peccatū: redde nob̄ hūilr ter placatū. O clemens: o pia: o dulcis virgo ꝛ martyr ſancta agatha. ℣ Ora pro nob̄ btā agatha. Ut digni.

Interceſſionibus btē agathe virginis ac martyris tue queſumus dn̄e fructū clementie tue ſenciant ſupplicantes: cuius orōnibus in ſancta eccleſia tua: etiā eoꝝ deuote efficiāt mētes. Per.

De ſctā dorothea

O Inuictiſſima xp̄i martyr ꝛ virgo ſancta dorothea pro nr̄is ſceleribus dulcē ſponſum tuū dn̄m nr̄m xp̄m ieſum inſtant exora: vt ſpm̄ timoris ꝛ ſancti amoris nobis elargire digneꝛ. in eiuſq; mādatis nos pſeuerare. ꝛ q̄ ſibi placita ſunt: tuo interuentu faciat ſemper poſtulare. Per

xp̄m dn̄m. Ora pro nobis ſancta do-
Omnipotēs ſem Orō rothea
piterne ds in cuius noīe glo-
rioſa virgo ꝛ martyr dorothea mul-
toꝝ tormentoꝝ genera ſuperauit. te
ſupplicitér exoramus: vt eius interuē
tu cuncta pericula deuincamus: ip-
ſamqꝫ in noſtris neceſſitatibus adiu-
tricē celerē ſentiamus. Per dn̄m. De
ſcā appolonia orō. ¶ Salue ſancta
appolonia. ℣. Ora ꝑ nobis ſcā appo
lonia. Ut digni efficia. Orō.
Deus pro cuius ſanctiſſimi no
minis honore beata appolonia vir-
go ꝛ martyr amarā ꝛ horribilē den-
ciū excuſſionē ſuſtinuit. preſta q̄ſum⁹
vt qui eius venerabilē ꝯmemoratio
nez pia deuotione freq̄ntant: a tetro
denciū dolore immunes cuſtodias.
ꝛ poſt huius ſecli erūpnas ad eterne
patrie gaudia perducas. ¶ De ſan-
cta margaretha virgine.
Gaude virgo glorioſa margare